UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De || Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per Quæstiones explicatur

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXI. Vtrùm Confessio, quam frater corripiens à correpto elicit, sit Sacramentalis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Visual Library

ritate conquirens, tanquàm in phreneticos, & lœthargicos ęſtuat. Quamobrem poſt excommunicationem non deſiſtendum, non contemnenda ſalus excommunicati, ſed veluti cum phreneticis, & lœthargicis agitur, qui ligari, & excitari nolunt; & tamen caſtigantur, ac ſtimulantur, ita debet erga excommunicatos perſeuerare diligentia charitatis. August. ad Feſt. epiſ. 166.

Quæſtio XXI.

Eſtne Confeſsio, quam frater corripiens à correpto elicit, Sacramentalis?

Reſpõſio.

NOn: Nam ea tandem Sacramentalis eſt, quæ Sacerdoti vice Chriſti fit, habens Abſolutionem peccatorũ annexam, ad quã per correptionem fraternam tandem deuenitur; nempè, cùm correptus ob contumaciam, Eccleſiæ, hoc eſt, (ſi tamen Chryſoſtomo, ac aliis Orthodoxis credimus) præſidibus Eccleſiæ denuntiatus, ad cor reuertitur, & eiſdem præſidibus ſua ſcelera confitetur, Abſolutionis deſiderio æſtuans: Nã & paulò antè diximus, remiſsionem peccatorum, quæ à fratre fratri fit, non eſſe cum poteſtate clauium confundendam. Chryſo. in Matth.

Quæſtio XXII.

Quid eſt Sacramentalis Confeſsio?

Con-